§ [64] N. Romanorum imperator N. regi Francorum coronam fidei et propinquitatis inviolabilem constantiam. § [65] Sacrosanctę illius ęcclesię archipontifici N., primevę indoli virtutum ac dignitatum assecutione respondenti N. prepositus cum toto fratrum collegio impensissima utriusque hominis obsequia. § [66] Sanctę illius ęcclesię presuli N., solidissimę in domo domini columnę N. prepositus, N. decanus cum universo fratrum collegio non sine frequentia precum devotionis[w] suę[w] obsequium. § [67] Summę venerationis magistro N. sollertia virtutum ad unguem limato N. prepositus, N.[x] decanus cum toto fratrum collegio solidissimum fraternę dilectionis vinculum. § [68] N. dei gratia illius ęcclesię episcopus, N. prepositus, N. decanus cum universa congregatione sancti Georii N. scolasticę disciplinę viro paternę fraterneque dilectionis affectum. § [69] Domino suo illius ęcclesię archiepiscopo N. mille votis exoptatum presentis et futurę vite felicem statum. § [70] Romanę sedis dignissimo cardinali N. dei gratia Babenbergensis electus utriusque hominis devotissimos conatus. § [71] Dei[y] gratia venerabili episcopo, domino et patri suo dilectissimo N. nuncusque cancellarius, nunc autem illius sedis electus quicquid in vera dilectione patri nunc et semper[z] ac domino. § [72] Preposito dominisque ac fratribus Aquensibus congregatio sanctę Marie et[a] sancti Lamberti saniorem insistere sententiam. § [73] N. universali Romanorum pontifici illius ęcclesię fratres fidem et obedientiam. § [74] Socio suo et amico N. Coloniensi archimagistro suus[b] et vere suus totusque suus salutem et vere fidei sinceritatem. § [75] Dei[c] gratia episcopo suo dilecto N. cancellarius indissolubilem dilectionem et eternam iocunditatem. § [76] Dei[c] gratia Romanorum imperator augustus illius[d] ęcclesię capitaneis, clero et populo gratiam[e] et omne bonum. § [77] Confratribus et dominis suis omnibus sacrosanctę illius ęcclesię canonicis N. dei gratia Wormatiensis electus servitium suum et orationes. § [78] Domino suo Romanorum imperatori augusto N. suus omnimodo N. non episcopale, sed servile obsequium in[f] omnibus. § [79] N.[g] reverentissimo[g] episcopo humilis et luctuosus Babenbergensis clerus obsequium et devotas in Christo orationes. § [80] Tam[h] glorioso quam magnifico dei gratia Romanorum imperatori augusto clerus Spirensis salutem et victoriam cum devotissima orationum instantia. § [81] Serenissimo domi-

---

w) s. d. *CU* x) A. *CU* y) N. dei *CU* z) semper debetur *CU* a) *danach wiederholt* et *Hs.* b) N. suus *CU* c) N. dei *CU* d) N. *CU* e) gratiam suam *CU* f) *unter der Zeile nachgetragen Hs.* g) r. N. *CU* h) N. tam *CU*